

pratum intercurrentis fluuii fouetur irriguo, & ad humo-
rem eius mittit radices suas: ideo non timebit cum uene-
rit æstus. In longum autem tanto tractu distenditur, ut cū
tonsum uellus gramineum sol in fœnum torruerit, bis de-
nis diebus conuenient lassare sufficiat. Nec tamē solis mo-
nachis labor ille relinquitur, sed cum monachis tam con-
uerforum, donatorum, quam conductitorum innumeros
sa multitudo defœtas colligit herbas, & tonfam raro peccū
ne uertit humum. Hoc pratum inter se duæ grangie diui-
dunt, quibus alba ad dirimendam litem, equus arbiter &
menfor accedit, qui sui cuiq; partem in funiculo distribu-
tionis assignans, seipsum linitem facit quem altera ad in-
uadendam alterius partem transire non audeat. Grangias
has non conuerforum esse habitacula, sed claustra mona-
chorum crederes, nisi uel iuga bouum, uel aratra, uel instru-
mēta alia rusticantis apta laboribus, habitatores suos pro-
derent, & nisi qm in eis libri non explicantur. Nam quantū
ad ædificia spectat, ea magno monachorum conuentui dis-
ceres & situ conuenire, & decere uenustate, & capacitare
sufficere. In parte prati quæ est muro contigua, de campo
solido, factus est lacus liquidus, ubi prius ætuans opera-
rius, fœnum falce secabat acuta, ibi frater aquarius sedens
mobili per lubricam liquentis cāpi planicie equo uectus
ligno, leuem remū pro calcaribus habet quo carsum ur-
geat, & pro freno quo flectat. Explicatur rethe sub undis
quo implicetur piscipulus, & parantur ei escæ quibus lib-
enter uescitur, sed latet hamus in illis quo capitur incau-
tus, quo exemplo docemur spernere uoluptates: quia nos
cet empta dolore uoluptas: cuius tristes esse exitus nemo
nescire permittitur, nisi qui uel non peccauit, uel non be-
ne de peccato poenituit. Longe autem faciat deus à nobis
delectationem, secus cuius introitum mors posita est: quæ
fm sapientis descriptionem, apum par uolantum, ubi gra-
ta mella fudit, fugit, & nimis tenaci ferit ic̄ta corda mortu.
Laci ambitus per altum ripæ marginem cōfertū uimineis
ligatur radicibus, ne undæ alluenti cedat terra fatiscens.
Præterfluenti riuo lacus hic pascitur qui uix sexties senis
pedibus se iunctus per meatus exiles infundit ei aquas
quibus alatur, & ipsas quoq; eadē exilitate refundit. Vn

de & sic in eodem statu pe. manet, ut nec maior sit in fluen-
tibus nec effluentibus minor: quia eadem mensura & re-
cipit & ericit eas. Sed dum per plana cursu feror uolatilis,
dum anhelus in arduis illa duco: uel purpuream prati suo
perficiem manu ipsius sapientiæ pictam, uel comata arbor-
ribus, montium iuga describo, arguit me ingratiitudinis
fons ille dulcissimus sæpe numero mihi bibitus, & bene
quidē meritis de me, sed à me male remuneratus. Obicit
mihī cum exprobratione q̄ sæpe extinguedæ siti meæ
feruiferit, quod se meis non solum manibus, sed & pedibus
lauandis humiliauerit, quod multa mihi impenderit hu-
manitatis ac benignitatis officia bono merito, mercede
mala me respondisse, se in locorum catalogo locum ultio-
rum, & poenæ nec ultimum fuisse sortitum, cui tamen pro
sui reuerentiæ primus deberetur. Et uere diffiteri nequo-
fero me ipsius meminisse, quando ante ipsum alicuius me-
mini. Verum ipse per decursus & discursus subterraneos
tacite labens, ita ut nec lenis murmure transitus eius ualeat
deprehēdi, instar aquarum Siloc quæ cū silentio uadunt,
quasi prodi metueret, ubiq; caput suum cooperit, & suos
declinat aspectus. Quidni crederem uelle taceri, quem ui-
deo non nisi sub tecto uelle uideri? Hic ergo fons, quod
boni fontis esse fertur iudicium, ex opposito solis orien-
tis oritur, ita ut æstiuo solstitio roseam rutilantis auroræ
faciem ex aduerso saluet. Tugurio uel (ut maiori reueren-
tia dicam) tabernaculo paruo & pulchro cooperitur &
clauditur, ne undecunq; sordes admitat. Vbi cum mons
cuomit, uallis deglutit, & in loco quo oritur, eodē quasi
moritur, quin & sepelitur. Sed ne expectes signum Ione
prophete, ut tribus diebus & tribus noctibus delitescat
abconditus. ita tū ad mille passus intra claustrum mona-
sterij, quasi de corde terræ resuscitatus progredit, & quo-
dammodo rediuisum apparet, uisui tantum & usui fratru
se offerens, ne cum alijs quam cum sanctis fors illius amo-
do sit futura.

CLEREVAVLX